56874

COMPONIMENTI

IN OCCASIONE DELLA SOLENNE FESTA
DA CELEBRARSI NELLA REAL CHIESA
DELLA TRINITA' MAGGIORE
A SPESE DEL CETO DE' REGJ NOTARI NAPOLETANI
IN RINGRAZIAMENTO ALL' ALTISSIMO
PEL GLORIOSO RITORNO DELLE ARMI DEL
CLEMENTISSIMO NOSTRO SOURANO

FERDINANDO IV.

RE DELLE DUE SICILIE &c.
DIRETTA, ED ESEGUITA DAI REGJ NOTARI

D. Vincenzo Portanova Notaro della Regia Corte.
D. Domenico de Simone.
D. Niccola Cavaliere.
D. Domenico Guerra
D. Niccola Cinquezeccole.
D. Tommaſo Marra.
D. Giacomo Bardellino.
D. Giuſeppe Antonio Spaſiani.

NAPOLI MDCCXCIX.

Con Licenza de' Superiori.

LECTORI

S.

NOn immerito cujuſcumque aevi Viri ſapientiores ſenſere, nihil inter caeteras diſciplinas hiſtoriae cognitioni eſſe anteponendum. Ecquae enim facultas tantum utilitatis praeſtat homini, quantum antiquiorum geſtorum notitia? ſub hujuſcemodi ſane auſpiciis non modo haurire licet, quod privatim, & publice ſit ceſſurum bene, verum etiam portendere fata longiſſime fas eſt. Quo, quid utilius fingi poteſt? Hinc colligere licet, quantum ſtudii impendendum ſit in aſſequenda hiſtoria, maximeque in ea, qua manifeſto sese Deus communicavit. Abs re igitur non erit, Debborae, & Siſarae hiſtoriam objicere, ut liquido pernoſcatur, eam quodammodo praeluſiſſe praeteritis noſtrae Urbis calamitatibus, cum imaginem referat ſimillimam.

Impius Siſara dux Jabin Regis Aſor, ut Iſrael opprimeret, immanem exercitum adverſus Iſraelitas

comparavit. Debbora autem Spiritu Dei acta, viribus quidem hosti impar, accersito Barac filio Abinoe, jussit, ut se Ducem praeberet agminibus Israel, duceretque ea Thabor versus, in Sisaram. Appropinquavit itaque Thabor crudelis hostis, late instructurus ibi copias suas. Tum Debbora ducem Barac ad praelium accendens, datoque signo: Surge, *ait* hæc est dies in qua tradidit Dominus Sisaram in manus tuas. *Quo audito, tanto impetu, tantaque animi contentione in hostem irruperunt milites, ut illi vim non ferentes, post ingentem ipsorum cladem fugam arripuerint. Hinc, Debborae difficile non fuit, etiam in tabernaculo Haber Cinaei, per Jabel, hostem omnino debellare. Etenim Duci, in ejus tempora infixo clavo, vita ablata fuit. Quare Debbora adventante Barac, ei communis hostis nuntiata morte ambo carmen Eucharisticum Deo cecinére. Jud. C. IV. V.*

In hac sacrae rei gestae expositione, videtur quaedam imago latere teterrimæ illius perduellium pestis, quæ totum fere nostrum invasit Regnum. Quo enim illa scelestorum non pervenirer manus? Quid non devas-

sta-

ſtaretur certa , atque effraenata vincendi confidentia? Per hanc ipſam noſtram Patriam dum arroganter verſabantur , quid mali non perpetrarunt? Dic , quaeſo , dic , nam teſtis es , quas acerbitates , quos caſus non ſubiiſti , & quibus aerumnis , ac tempeſtatibus obnoxia non fuiſti ? Feliciſſimam nunc tandem Patriam *exclamare lubet ! Nam* Dei *praeſidio , invictique Regis noſtri FERDINANDI IV. auxilio , quem Deus ſemper ſoſpitet , fideliſſimique ſui* Purpurati Ducis *prudentia , atque ſtrenuiſſimorum militum virtute , devictis atque penitus attritis inteſtinis hoſtibus , ad tuum priſtinum redis ſplendorem . Bene itaque* Coetus Notariorum *ratus eſt exemplum Debborae ſectari , dum de tot , tantiſque receptis beneficiis publicas gratias agere DEO ſolemniter contendens , Carmen Euchariſticum muſicis modis exceptum , excudendum curavit .*

U. J. D. J. B.

INTERLOQUUTORES.

DEBBORA.

JAHEL.

BARAC.

HABER.

ABDIAS.

CHORUS.

Modos numeroſque compoſuit clariſſimus Muſices Moderator D. Jacobus Tritta.

CARMEN.

BARAC.

OH Numinis aeterni,
Omnipotentia, & virtus!
Oh Bonitas immenſa
Tu nos contritos vides!
Erravimus inſani,
Nunc parce poenitentibus
Ah! veniam imploramus
Et a te piam opem expectamus.

CHORUS.

Coeli Numen tuâ manu potenti
Nos defende ab inſano furore.
Ah! reſplende, o puriſſima fax.

BARAC.

De iniquo hoſte triumpha:
Per te, manus divina,
Sint miſeri demerſi
In ſanguine, & confuſi ſint diſperſi.
Splendete clara
Aſtra benigna
Spes dulcis cara
Tua pace digna
In tanto orrore
Defende nos.
O Fidæ gentes
In Deo ſperemus
Ei preces demus
Sumus victores,
Quis contra nos?

Abdias.

Haber gaude, lætare
Iſrael liber eſt. De monte Thabor
Fortes in Deo, quamvis in se debiles
Cum Barac, decemmille Iſraelitae
Ad Ciſon deſcenderunt
Perterritus liquit Siſara Currum:
Dedit pedibus vitam.
Reliqua turba iniqua
Confugiendo proprio in vulnere cadit
Et nullus, crede, liber jam evadit.
Crudeles cadunt Barbari
Devicti debellati
Sunt feri trucidati
Eis nulla datur ſpes.
Tu cœli Numen miſeros
In pugna nos defende
Pro nobis nunc oſtende
Quam potens ſemper es.

JAHEL

Eſt ſemper magnus, ſolus, Bonus Deus
Honor triumphi fæminæ donatur
Exultat jam cor meum
In Deo, qui ſalvos fecit
Nos miſeros oppreſſos,
Illum magnificando
Gaudeo læta beata jubilando.
Contenta ſerena
In palmis exulto
Per te lux amoena
Sum læta in tua ſpe.
Dum fortes in bello
Fuerunt Fideles
Te placide amantes
Triumpho per te.

HA-

HABER.

Debbora, noſtra mater
Tu pavidos ad pugnam inflammaſti:
Tecum veni, pugnavi, & Jabin vici.
Defeſſi a clade ſumus
Ab inaudita clade.
Inſpice ut Torrens Ciſon
Turbidis undis currit
Sanguine ad mare tumens,
Et curribus infractis
Solum hoſtium ducem
Non vidi: in hoc a te expecto lucem.
Timendo, in valle, in prato
De Duce ſtrato quæro,
Sed nulla ex agitato
Corde reſplendet fax.
Ad Cæli æternam ſedem
Ah! tu mater benigna
Mitte nunc vota digna
Secura detur pax.

DE-

DEBBORA.

Oh Deus bonitatis, & clementiæ
Tu nos jam liberaſti
Ab hoſtis reo furore
Quas tibi gratias agam?
Montes colles vocabo
Et cum eis laudes tibi ex corde dabo.
Montes, colles reſonate
Læto plauſu in Echo amæno.
Antra, valles, replicate,
Ah reſponde, o grata vox.
Procul ite o rei timores
Pœnæ ingratæ, non turbate
Nos ardentes ſacra face:
Jam receſſit atra nox.

DEBBORA.

Quænam! qualis eſt iſta
Quæ progreditur! Pulchra
Ut Luna, ut Sol electa?
Terribilis ut acies ordinata?

JA-

JAHEL.

Surge Debbora, Surge
Ad canticum jam ſolve
Propheticam tuam linguam:
Surge Barae invicte
In die hilaritatis, & vindictæ:
Properate videte
Inſpicite vos omnes
Uti confictus terræ
Siſara jacet ferus
Proprio ſanguine merſus:
Immenſus Deus æternus
De immani hoſte tremendo
Imbelli manu mea jam triumphavit
Et nos a ſervitute liberavit.

HABER.

Cecidit impius Siſara, oh mirum!
Agantur gratiæ Deo, pro tanto amore
Quo liberavit nos hoſtis furore. AB-

Abdias.

Periit Aſor Dux! Procul eant pœnæ
Jam cecidiſti Siſara Crudelis,
Tu nos vexaſti injuſte affligendo;
Nos Deus liberavit, te opprimendo.

Barac.

Cantemus fidæ gentes
Glorioſe æterno Numini,
Lætemur jam plaudentes:
En redit ſuſpirata
Pax vera nobis ſemper exoptata.

Debbora.

Iſrael reſpira, atque gaude,
Sed cave ne unquam demens
Ad ſcelera tu redeas,
En tu per viginti annos
Jabino jam inſerviſti

In-

Inter lacrimas ſemper agitatus ,
Cave liber, nunc cave jam ſalvatus.
Redde Patrum noſtrorum vero Numini
Redde laudes vivendo in cara pace ,
Longe a ferali, ab impudica face.

CHORUS.

Terræ vani ſunt terrores,
Cœli ceſſant nunc fragores,
Vivat ſemper gloria æterna
Redit nobis vera pax,

HABER, ET BARAC.

Iſrael gaude nunc Beatus
Jubilando in Cœli pace
Micat grata æterna fax.

CHORUS.

Vivat ſemper gloria æterna.
Redit nobis vera pax.

AB-

ABDIAS.

In ſua ſede tenebroſa
Ferus Umbræ Rector jacet
Conclamando ſine ſpe.

CHORUS.

Vivat ſemper gloria æterna.
Redit nobis vera pax.

DEBORA, ET IAHEL.

Clara ſplendet Cœli ſtella
Illuſtrando tua portenta
Si tua flamma ſtat in ſe.

CHORUS.

Terræ vani ſunt terrores,
Cœli ceſſant nunc fragores,
Vivat ſemper gloria æterna
Redit nobis vera pax.

FINIS.

AVSPICE. DEO

FERDINANDVS . IV . REGVM . OPTIMVS

VENIT . VIDIT . VICIT

COELVM . DVDVM . NVBILVM . EN . NOBIS . SOERENVM

PROH . EXOPTATA . DIES

IMPIE . QVID . MORARIS . DEVM . ADGNOSCITO

IPSI . SECVNDOS . ADGNOSCITO . REGES

HOSTIBUS . REPENTE . PROFLIGATIS . AVERRVNCATISQVE

REGIA . CONTINVO . ADSVNT . VEXILLA

NVMQVID . NON . DIGITVS . DEI

NVMQVID . NON . REGVM . PROTECTOR . DEVS

AD . BONAM . TE . ERGO . FRVGEM . RECIPE

HOC . INGREDITOR . TEMPLVM

A C

D. O. M.

PRO . REGE . PIENTISSIMO

FERDINANDO : IV

CVM . TABELLIONVM . COETV

TVA . VOTA . PERSOLVITO

D. O. M.

QVI

FERDINANDVM. IV, REGVM. OPTIMVM

NVLLI. ET. JVSTITIA. ET. PIETATE. SECVNDVM

FELICEM. AVGVSTVM

AVGVRATO. ADMODVM. ET. AVSPICATO

HOSTIBVS. CRVCIS. VEXILLO, EXPVGNATIS

AD. NOS. REDVCEM

CVSTODIIT. SERVAVIT. PROTEXIT.

SOLEMNES. PERENNESQVE. GRATES

D. O. M.

QVOD

FERDINANDVS . IV

P. F. A.

AC . TRIVMPHATOR . PACIFICVS

GALLIS . HOSTIBVSQVE . PATRIAE . DEVICTIS

PESSVNDATISQVE

EFFVSAQVE . OMNIBVS . VBIQVE . LAETITIA

TITI . AEVO

HAVD . NOS . INVIDERE . FACIT

IN . ANIMI . SIGNIFICATIONEM

HAEC . NOTARIORVM . VOTA . SOLEMNIA

IL POPOLO NAPOLETANO UMILMENTE RINGRAZIA L' AUGUSTISSIMO SUO MONARCA.

FERDINANDO IV.

PER AVERLO PRESTO LIBERATO DALLA BARBARA SCHIAVITU' DE' SUOI CRUDELI NEMICI.

SONETTO.

PAdre, e Signor, che mi richiami in vita,
Come al verde ritorna arida roſa:
Oh quanto devo alla tua man pietoſa,
Al tuo valore, alla tua forza ardita!

Tu l'inſanabil mia crudel ferita
Curi con erba a mente umana aſcoſa:
Tu rechi il giorno alla mia notte ombroſa,
Che dolce è poi quel rammentar ſua gita.

Com'eſſer grato, o chi pagar ſapria
Di tanta cura tua sì amabil dono,
Dono che ſalva in me la Fede mia?

E vita e ſangue, e tutto quanto io ſono,
Se a farmen degno un dì baſtar potria,
Ecco il ſangue e la vita a piè del Trono;

Umiliſſ. e Fedeliſſ. Suddito.
L' Ingegnere Giuſeppe de Simone Nipote
del Notar D. Domenico de Simone.

A SUA REAL MAESTA'

MARIA CAROLINA
D' AUSTRIA
REGINA DELLE DUE SICILIE.

SONETTO.

CHi è coſtei che tanta pompa mena;
Dice il Sebeto, allor che ſenza velo
Mira il tuo volto, o gloria di Lorena;
E faſto, e vanto dell' Auſtriaco ſtelo?

Chi è coſtei di tanta virtù piena,
Di ſommo accorgimento, e santo zelo;
Ed il ſuo nome infra i nemici appena,
Se ſi rammenta, li converte in gelo?

Chi è coſtei che l'aſpre mie ritorte
Cangia in eterni, e ſingolar trofei;
E cangia in brio il mio pallor di morte?

La Fama gli riſponde. Ella è colei,
Che tua REGINA il Ciel ti diede in sorte;
Onde felice ognor chiamar ti dei.

Dello ſteſſo Autore.

ALLE ALTEZZE REALI
DEL PRINCIPE
E DELLA
PRINCIPESSA EREDITARIA

SONETTO.

DI Auguſto Ceppo glorioſe piante,
COPPIA REAL, cui deſſi il primo onore;
Di gloria e di virtù raggio coſtante,
Che al Tronco avito apporti alto ſplendore,
Dell'Aquila, e de' Gigli il trionfante
Veſſillo ſi unirà ſempre a terrore
Del nemico feroce, e ribellante,
Come Imene Voi ſtrinſe in caſto amore.
Con occhio di ſtupor carco, e di affetto
Il Popolo vi mira, e lieto eſclama:
O di gran Genitor Figli ben degni!
Delle noſtre ſperanze un grande oggetto
Ci diede il Cielo in Voi, che tanto ci ama.
Coppia Real, felicità de' Regni.

Dello ſteſſo Autore.